

Pius PP. X.

Autor(en): **[s.n.]**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Jahrbuch für Philosophie und spekulative Theologie**

Band (Jahr): **26 (1912)**

PDF erstellt am: **02.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-762005>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern. Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

PIUS PP. X.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. Praeclara doctrinae laus, quam sive Theologia dogmatica in Lyceo Magno Vindobonensi tradita sive in vulgus editis historiae libris tibi merito comparasti, non minus quam Sacerdotis vita in exemplum acta et omnium egregia, qua idcirco flores, opinio, Nobis facile persuadent, ut amplissimo Cardinalis Archiepiscopi tui testimonio accepto, novo ac potiore te honoris titulo dignitateque augeamus. Idque eo libentius facimus, quod cathedra ob adversam valetudinem abscedere coactus, gratum, hac benevolentiae Nostrae significatione, tuorum laborum habebis mnemosynon ac praemium. Quare te hisce Litteris, *Protonotarium Apostolicum ad instar Participantium* facimus, constituimus, renuntiamus, tibi que omnia ac singula iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta concedimus, quibus alii huiusmodi titulo insignes, ex Nostra Constitutione die vicesimoprimo Februarii anno MCMV de Protonotariorum Conlegio edita, cuius exemplar ad te transmitti iussimus, utuntur, fruuntur, vel uti frui possunt ac poterunt. Dum autem mandamus, ut notitia huius dignitati tibi tributae in acta Conlegii Protonotariorum Apostolicorum ex officio referatur, tibi praecipimus, ut priusquam ipsius concessionis beneficio perfrui incipias, coram Archiepiscopo tuo, qui eiusdem Conlegii Decani vices hac in re geret, fidei professionem emittas secundum

articulos ab hac S. Sede propositos, debito te iure iurando obstringas ex schemate, quod tibi tradendum curavimus, aliaque serves, quae per eandem Constitutionem servanda praescribuntur. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die X Januarii MCMXII Pontificatus

Nostri

Anno

Nono.

Dilecto Filio

Ernesto Commer (L. S.) R. Card. Merry del Val
Praesuli Nostro Domestico a Secretis Status.